

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas k
cum uariis

Nichil que est quod nos ita et hominibus gratos et Deo faciat, quam si uite merito magne humilitatis infimi sumus. Humilitatem sequere, non que ostenditur atque simulatur gestu corporis aut fracta uoce uerborum, sed que puro cordis affectu exprimitur. Aliud enim est uirtutem habere, aliud uirtutis similitudinem. Multo illa deformior est superbia, que sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpiora sunt uicia, cum uirtutum specie celantur.

Ieronymus ad Cellanciam.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas k] Humilitas 1 P V¹ V² L¹ L²; que *om.* P V¹ V² L¹ L²; gratos] gradui (*cor. intra*) B; merito magne humilitatis] merito non magni sed humilitate V² L¹ L²; sumus] simus L²; atque] aut P V¹ V² L¹ L²; fracta] uel ficta *add. in marg.* M; exprimitur] exprimatur P V¹ V² L¹ L²; similitudinem] uel simulationem *add. in marg.* B; humilitatis] humilitas P V¹; turpiora] turpia P V¹ V² L¹ L²; uirtutum] uirtutis C